

Da definire

25 (Annunziata, n. 598bis)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Da definire

25 (Annunziata, n. 598bis)

1492 novembre 5, Ind. XI, Matera

In nomine domini Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo nonagesimo secundo. Regnante ... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem, Hungarie rege, regnorum ... eius anno tricesimo quarto ..., mense novembris die quinto eiusdem, undecime indictionis, Mathere.

Nos Nicolaus Venusius de affata civitate ... per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Robertus Agathus de prenomina civitate ... puplicus ... per totum dictum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, dominus abbas Loysius de sancta Maria de Armenis, domnus Marianus de Vaxallo, Lucas de Manilia et Lucas de Chello, testes ... de prelibata civitate ... fatemur ... quod ... constituti magister Tuczius de Gonnora de memorata civitate ... et Iacobus et Angelus de Mancino, fratres, de sepe nominata civitate, ... agentes ... pro rata et equali portione ... ad infrascriptum permutationis contractum ... devenerunt, videlicet quod prefatus magister Tuczius ... permutavit et ... dedit ... eisdem Iacobo et Angelo ... certas griptas foditas seufrondatas una ad alteram et altera alteram contiguas et in una ad presens se continentes cum fovea una, sitas ... in civitate Mathere, in Saxo Barisano extra moenia, in convicinio sancte Trinitatis ubi vulgariter dicitur lo Fragniaro, iuxta porticum sancti Petri de Veteribus dicti Saxi, iuxta griptam Pauli de Stigho, iuxta frontem ecclesie sancte Trinitatis et iuxta viam puplicam ..., quam quidem foveam est sitam intus in platea portici dicti sancti Petri, quas ... griptas ... cum gire onerandi et exonerandi in dicta fovea ..., cum onere annui census tarenì unius et granorum quinque ... solvendorum ...

imperpetuum modo sequenti, videlicet tarenum unum // (458v) venerabili Capitulo maioris ecclesie Matherane per quemlibet possidentem infra annum et grana quinque ... infra annum erunt solvenda ... ecclesie sancte Marie de Veteribus de iamdicta civitate Mathere Et versa vice, prefati Iacobus et Angelus ... permutaverunt et ... dederunt ... prefato magistro Tuczio ... cantarios salis netri comunis tresdecim et dialatros quindecim ad rotulos centum pro quolibet cantario et ad rotulos quatuor pro quolibet dialatro ad uncias triginta tres pro quolibet rotulo ac etiam pellas turchiescas inter rubeas et nigras quinquaginta Quod scripsi ego prefatus Robertus ... notarius ...

Ego Nicolaus Venusius de Matera regius qui supra ad contractus iudex predicta fateor vera esse et me subscripsi manu propria

Ego d. Marianus de Vassallo qui supra testis testor

Ego Lucas de Manilia qui supra testis testor

Ego Luca de Chello qui supra testis testor